Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

Notae asceticae:

urn:nbn:de:bsz:31-51901

ornamentum ita castitas per se generat alias virtutes
Unde paulus Si linguis hominum loquar et angelorum castitatem
autem non habuero etc. Virgini vel religiose tali que ve-
state associabit eidem sponsabitur sponso nobilissi-
mo qui filius est cuius mater virgo est cuius pater feminam nescit
Et ideo nobilissimus et dignissimus Est sponsus pul-
cherrimus cuius pulchritudinem sol et luna mirantur
Est ditissimus quia in manu eius omnes fines terre et di-
vicie nunquam deficientes Est fortissimus quia omnes
cuius odore mortui reviviscunt / cuius tactu confor-
tantur infirmi / cuius amor castitas est tactus sanctitas
unio virginitas Iste autem celestis sponsus / sue sponse
dabit quinque beneficia pro dote. Primo ipsam anulo
fidei subarrat / Secundo quia vestit eam multiplici vari-
etate Tertio passionis sue sanguine ipsam ornat / Quarto
vinculo amoris sibi eam copulat / Quinto thesauro cele-
stis glorie eam ditat Et hec beneficia innuit beata virgo
Agnes stans ante prefectum dicens Illi sum desponsata qui
anulo suo subarravit me dexteram meam et collum
meum cinxit lapidibus preciosis Induit me cyclade
auro texta et immensis monilibus ornavit me
posuit signum in faciem meam ut nullum alium preter
eum amatorem admittam Et sanguis eius ornavit
genas meas Iam amplexibus castis astricta
sum ostendit michi thesauros incomparabiles quos
mihi se daturum si in eo perseveravero repromisit / Hec
locuta fuit beata Agnes non nisi xiii annos hno
inetate etc.

Nota quod Christus ista tria consilia principaliter religiosis
et perfectis adiecit licet plura alia adiecerit tamen ista
tria precepta sunt substancialia cuilibet religioso
et perfecto quia suos observatores elongant a malo
et non solum quantum ad culpam sed etiam quantum ad causam
Omne namque malum oritur ex triplici radice scilicet ex con-
cupiscentia carnis et concupiscentia oculorum et superbia
vite. Secundum vero tria consilia perfecte hominem elongant
ab hac triplici radice. Primum est paupertas que con-
sistit in abdicatione proprietatis Unde lucas Qui non renunciat

omnibus etc. Et Matheus Omnis qui reliquerit domum aut fratres
aut uxorem etc. propter nomen meum centuplum accipiet
et vitam eternam possidebit. De hoc Jeronimus Mo-
Nota bene. nachus habens denarium non valet obulum. Secundum consilium est
obediencie etc. illud Super kathedram moysi sede-
runt scribe et pharisei etc. Et Matheus Si quis vult venire
post me abneget semetipsum etc. Sciendum autem quod duplex
est obediencia scilicet perfecta que se extendit ad omnia que
non sunt contra deum vel contra regulam quam quis professus
est et que dispensacioni prelati non subduntur. De hac obe-
diencia dicit beatus Bernardus perfecta obediencia legem nescit
terminis non artatur non contenta professionis
angustia. Ad hanc obedienciam nullus tenetur debito
necessitatis sed solum perfectionis sunt tenendi semper
emulari carismata meliora. Alia est obediencia
imperfecta sufficiens tamen ad salutem qua quis obe-
dit tantum in hiis que promisit servare vel in hiis
que in illis implicite continentur sicut sunt illa sine
quibus religionis professio non servatur ut recipere
officia et huiusmodi. Et talis obediencia est necessitatis precepti.
Quod beatus Bernardus dicto in regula quod si prelatus precipiat aliquid
impossibile temptandum est facere loquitur de obediencia perfecta
et non necessaria. Tercium consilium est castitatis de
qua dicitur Sunt eunuchi qui seipsos castraverunt propter regnum
celorum. Ad idem pertinet illud Mathei Audistis quia
dictum est antiquis non mechaberis Ego autem dico vobis
omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam eam
mechatus est etc. Hic enim ostenditur quod non solum damp-
nabilis est consensus ad opus mechie sed etiam consen-
Nota sus ad delectandum. Nota quod concupiscere ex subito
motu est veniale Sed concupiscere ex deliberacione per-
ficiendi est mortale etc.
De castitate loquitur beatus paulus ad Rom. 13. Abiciamus
ergo opera tenebrarum idest peccata carnis Et induamur
arma lucis idest castitatis. De qua dicitur Sap. 4. O quam
pulchra est casta generacio cum claritate. Quam casti-
tatem beatus Bernardus commendando diffinit dicens fulgida
Nota bene. virginitas est gemma virtutum. Germana angelorum.

Simplas ectiaꝝ. lux aucaꝝ. ipa em̄ calcat libidinē
vincit dyabolū / contempnit seclm / Deponit de
pectus ista arma castitatis in suuetudine sumenda
sunt / vt i iminēte necessitate · heāmꝰ ↄsuetudinē
istoꝝ armoꝝ vn̄ ad ephe 6 assumite armatura
dei vt in iminente necitate vt possitis resistē
i die malo ⁊ i oibꝰ ↄfīrī stare / aut ho fiat
ↄfus ꝑcastitatis arma btus · bn̄ · endit dicēs
aliud castitate ꝯ coronis / q mundū ꝯ i mūdo
ↄtemptū fecē / de hoste domesticū Angelū denicꝫ
debere facit differunt quide inter se ho pudicus
sine castus ⁊ anglos felicitate / ⁊ no virtute q̄ si
castitas angli ē felicior hois tamē cognoscitur esse
fortior Et ideo bn̄ ↄsulit apls vbi dicit induamr
arma lucis ⁊c̄

Dignitas ⁊ excellencia virginū et dēa ab alys sīc
Primo differunt q̄ ipe sunt spose cristi vgꝰ vn̄ i
Ambrosius · pulchritudine quo ꝑt maiorē estimac̄e
⁊ eius decore q̄ amatꝰ a rege ꝓbatꝰ audiāt Sedi
tatur adeo sicut sposa sꝑ i nuptia 2o quia cōꝑantꝰ an ꝛ
gelis Ambrosius Virginitas condicoem huāne natē
supgreditꝰ ꝑquā hoīes angelis sociantꝰ maior
tamē ē victoria virginū q̄ angeloꝝ Angli em̄
sine carne viuūt virgines vero i carne triūphat
Tertio q̄ illustriores sūt fidelibꝰ vniuersis Cypriānꝰ 3
Virginitas ē flos ecclastici germinis · decus atqꝫ
ornamentū grā spūalis · leta indoles laudis ⁊ ho
noris opꝰ integrū atqꝫ i corruptū · ymago · Ciūsqꝫ
ex sanguia dei illustrior porcō vgis gregis
xpi Quarto q̄ ꝑferꝰ coniugatis · hec aūt excellencia 4
quā hēt virginitas respectu copule coniugales ꝓpāt ex
multiplici ꝯparōe Cyprianꝰ · Ipa em̄ i ꝯgnat vetere
ista mentem Augustinus Ceterosius elegit i carne
vetere vita iam i imitaci angloꝝ quā i carne
vera vita auget mortaliū Est aūt vberior felicitas
fecunditas no vētre grauescē sed mēte grandescē
illa pꝛuerit filios doloris ista filios gaudij ⁊
exultacōis Augꝰ Ipa ↄtinencia nequaqꝫ sterilis
ē sꝫ fecunda nr̄e gaudioꝝ de marito deo ista
filijs replet eccam ista celū Jeronimꝰ Nuptie ecca

respiciens virginitatis paradysum illa est multe sollici
tudinis ista quietis Billebertus virginitas est tamquam
plenitudo paradysi . redemptio viciorum principatus
virtutum . Illa est bonum ista est melius . Jeronimus ad pa
machium tantum est inter nuptias et virginitatem quantum
inter peccare et bene facere immo ut levius dicam quantum
inter bonum et melius illa captat spiritus ista corpus
Jeronimus ad Eustachium etc.

Nota secundum naturam quod mulier que concipit masculum le
vior est et promptior ad motum quam ea que concipit femi[nam]
et dextrum pedem prius movet Sic spiritualiter quando
aliquis se promptum et levem reputat ad bona opera signum
est quod concepit in corde bona [illegible] autem est pronior ad ea
que sunt tabernis vel mundi non est signum boni conceptus.
Nota conscendere mundo periculosum est.

Nota elephas qui non habet iuncturas in cruribus quando
dormit ad quam arborem super cuius ramos caput
inclinans residuum corporis tenens arboris apponit
quam considerat venator et notat arborem in qua
consuevit quiescere scindit arborem ita tamen quod arbor
stare videtur et elephas arbori se appendens quia
credit integram tamen non sit cadente arbore cadit
elephas et quia non habet iuncturas surgere non valet
Sic multi apponentes se ad arborem atque firmum
credunt tamen in veritate sit debile et quia non habent iun
cturas caritatis surgere non possunt vita [illegible] est [illegible]
[illegible] licet floreat et sit plana [illegible] tamen deficit
et arescit ideo in ea non est confidendum
Nota [illegible] [illegible] reddit [illegible] [illegible]
Nota quod paradies est arbor quedam cuius fructus est sua
vissimus columbe sed draconi est amarus et nocivus
columba etiam quamdiu manet sub ista arbore vel
umbra non timet draconem quia draco non audet appropinquare
arbori Sic spiritualiter ista arbor est crux Christi cuius
fructus est et ideo quamdiu homo manet sub umbra istius
arboris premeditatio [illegible] est ante draconem in
[illegible] in temptatione Sed homo recurrere ad istam arbo
rem ut possit dulcem fructum huius arboris [illegible]
re